



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118634**

§. 121. Regis querelæ adversus Calvinistas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

Sæcul. XVI  
A.C. 1568.

bus in locis cœtus agendi libertas præpeditur. VII. Scriptum fuit ad Sannitanum Alvernix Gubernatorem, quod ea mens Regis sit, ut arces, prædia, ac conditiones Reginæ Matris suæ, necnon Fratrum suorum, ac Montpenserii Ducis ab hac conditione exclusæ censeantur. VIII. Denique a die promulgata pacis quamplurimi Protestantes Antiochidori, Aureliæ, Biturigibus, ac Bleusis trucidati fuere, quin tamen in homicidas ultio fuisset sumpta.

§. CXXI.

*Regis querelæ adversus Calvinistas.*

Dupleix p.  
735.

Ex adverso Galliarum Rex longe validiores, magisque æquas querendæ causas adversus horum rebellium petulantiam habebat, ac præcipue eisdem hæc exprobrabat. I. Rupellam, Montalbanum, & Sancerras non modo restituere recusant, sed etiam munimentis firmant, ut rebellionis suæ propugnacula erigentes sese supremæ Regis auctoritati opponere valeant. II. Rupellenses Jarnacium Comitem, quamvis Religione Calvinistam, qui ibidem dudum urbis Præfectum agebat, tanquam Gubernatorem admittere recusarunt, eademque audacia Vetus-Villam Marecallum rejecerunt, licet ille cum plena agendi potestate eo decretus fuisset.



fuiſſet. Porro ſeditioſum hoc Rupellen-  
ſium exemplum ſecutæ ſunt aliæ urbes.

Sæcul. XVI.

A. C. 1568.

IV. Naves privata auctoritate conſtrui,  
clafſemque inſtrui jufferunt abſque ulla  
Principis ſui conſeſſione. V. tributa re-  
gio ærario pendere recuſant. VI. De-  
nique non modo rebelles ſunt, ſed etiam  
rebellionis Auctores, fautoresque: in-  
ſuper Rex hæc addebat: „etſi uſque  
„adeo memet demittere vellem, ut cum  
„eis tanquam æqualibus agerem, nec  
„tamen propterea mihi prohibitum erit,  
„cum Rege Catholico Socero meo fœ-  
„dus inire, quia & ipſi abſque omni  
„permiſſu cum Aureliæ Principe, ac  
„Belgii rebellibus ſocietatem inierunt,  
„illisque pecuniarum, ac militum ſup-  
„petias miſerunt, ut eaſdem viciffim ab  
„eis reciperent, ſi illis forte indigerent:  
„quod vero ex urbibus meis quasdam  
„præſidiariis munierim, id unice a me  
„factum, ut ſeditioſos in officio conti-  
„neam, non autem ut meos opprimam  
„ſubditos: Tolofanus ecquidem Sena-  
„tus Rapinum extremo ſupplicio affe-  
„cit, ſed hoc ideo factum, quia ejus-  
„modi pœnam depoſcebant enormia ejus  
„ſcelera, quæ in Occidania perpetrabat,  
„quinimo ego ipſemet hujus ſententiæ  
„executionem, quamvis re ipſa omnino  
„æquiſſima fuerit, mihi tamen nulla-  
„tenus probari oſtendi: de cetero quam-  
„vis

„vis



Sæcul. XVI. „vis Pontifex sacram unionem inter  
 A C. 1568. „Principes Christianos stabilire ad labo-  
 „ret, ego tamen huic foederi neque  
 „quam nomen dedi, cum potius alia  
 „quacunq; demum via, quam armo-  
 „rum ope meos subditos ad finem Ec-  
 „clesiæ Catholicæ revocare desiderem, ac  
 „propterea, ut Calvinistis omnem suspi-  
 „stræ ejusmodi suspicionis umbram to-  
 „lerem, hucusque Tridentinæ Synodi  
 „promulgationem semper distuli: De-  
 „nique quod cædes Ambiani, Rotho-  
 „magni, atque aliis in locis perpetra-  
 „tas attinet, quamvis non nisi scelerati-  
 „e medio fuerint sublatis, ego tamen  
 „ejusmodi ausus reprobavi, hancque  
 „in rem Deputatos nominavi, qui in-  
 „crudelitates a Catholicis factas inquie-  
 „rent, reosque plecterent.

## §. CXXII.

*Calvinistarum apparatus pro redin-  
tegrando bello.*

*Thu. l. 44.* **E**x mutuis hisce querelis pacem mini-  
 me esse firmam sat aperte colligeba-  
 tur, quin imo ex hæreticorum motibus  
 iniquus eorum animus de redintegrando  
 bello conceptus manifeste deprehende-  
 batur; quippe præprimis ad Angliæ Re-  
 ginam, ac Protestantes Germaniæ Prin-  
 cipes ablegabant, qui eorum opem im-  
 plo-